

1790, 5

1790, 5

5

DISSERTATIO  
INAVGVRALIS, IVRIDICA  
DE

CODICILLIS  
QVIBVS LEX QVAEDAM  
PRAESCRIPTA EST

1790


quam  
*illustris Jureconsultorum ordinis*  
auctoritate  
*pro summis in utroque Jure honoribus*  
*rite consequendis*

D. XXV. MARTII. MDCCCXC.  
publico eruditorum examini  
submittit

FRANCISCUS EMANUEL RÜCKER  
Hamburgensis.

GOETTINGAE  
Typis Typogr. Ephemerid.

KOENIG  
UNIVERS.  
ZVHALLE  
Publican.



*1002. B.*

LIBERAE  
S. R. I.  
REIPUBLICAE  
HAMBURGENSIS  
SENATVI SPLENDIDISSIMO



VIRIS  
PERILLVSTRIBVS  
MAGNIFICIS  
AMPLISSIMIS  
CONSULTISSIMIS

ad m. d. 1805. b.

P A T R I A E  
P A T R I E V S O P T I M I S  
M A E C E N A T I B V S  
I N D V L G E N T I S S I M I S

*Hoc*  
*Quaecunque Specimen*  
*Inaugurale*



PIA  
DEVOTAQUE MENTE  
OFFERT  
TANTORVM NOMINVM

cultor obseruantissimus

*Franciscus. Emanuel Rücker.*



*BREVIS THESIUM SERIES*

*ex jure desumptarum*

---

I.

*Transactio non rescinditur ob laesionem ultra di-  
midium.*

II.

*Conductor casus fortuitos in se suscipiens insolitos  
praestare tenetur.*

III.

*Sumptus studiorum non possunt haberi in totum ra-  
tione alimentorum sed in sensu latiori accipiendi  
sunt.*

IV.

IV.

*Impensae itineris studiorum causa etiam inter studiorum sumtus referendae sunt.*

V.

*Remissio etiam locum habet propter sterilitatem contingentem vitio rei.*

VI.

*Iusta est causa revocandae donationis, si donator post factam donationem liberos susceperit.*

VII.

*Exhereditatio fieri debet verbis expressis.*

VIII.

*Augmentum legitimae etiam valet, secundum Novellam 18 cap. 1. in portione legitima parentum.*

IX.


IX.

*Subsidium militi vivis parentibus subministratum  
non debet conferri.*

X.

*Aurigae ex regula culpam levem praestare tenentur,  
sed in casu quo artis peritia adhibenda culpam  
levissimam.*

---



CONSPECTUS  
SECTIO PRIMA  
PRAELEGOMENA QUaedam

---

§. I

*de ansa et occasione  
ad tractandam materiam  
propositam*

§. II.

*Casus juridicus  
ad tractandum  
propositus*

---

SECTIO SECUNDA  
MATERIA DE CODICILLIS  
QUIBUS LEX QUaedam  
PRAESCRIPTA EST  
ENUCLEATUR AC DIUDICATUR

---

§. III.

*Testamentum  
contineus  
codicillorum confirmationem  
validitate non caret*

*§. IV.*

*In condendis codicillis  
testator sibi legem dicere  
potest.*

*§. V.*

*Num testator  
qui legem sibi  
in condendis codicillis dixerit, ab illa recedere  
possit?*

*§. VI.*

*Num legis derogatio  
a testatore tacite fieri  
possit?*

*VII.*

*Testator, legem  
quam sibi dixit in condendis codicillis,  
cum semel in priori codicillo  
illam sequutus sit,  
etiam in posterioribus sequi tenetur.*

*§. VIII.*

*Conclusio*

1005. b.

SECTIO TERTIA  
APPLICATIO  
ARGUMENTORUM PROPOSITORUM  
IN CASUM QUÆSTIONIS

---

§. IX.

*Testator*  
*in casu proposto*  
*expressam sibi dixit legem*  
*in condendis codicillis.*

§. X.

*Ipsè testator*  
*legi quam sibi dixit,*  
*satisfecit,*  
*in priori codicillo.*

§. XI.

*Testator*  
*in codicillo posteriori*  
*legi quam sibi imposuit,*  
*in totum non respondit.*

§. XII.

*Applicatio  
juris texinum  
supra commemoratorum  
in casum quaestionis.*

---



1805. 6

DISSERTATIO  
inauguralis juridica  
DE  
CODICILLIS  
QUIBUS LEX QUaedam  
PRAESCRIPTA EST

SECTIO PRIMA  
PRAELEGOMENA QUaedam

§. I.

*De ansa et occasione  
ad traciendam materiam  
propositam.*

Summos in utroque jure ambiens honores,  
legibus, ut publici juris est, tenetur, specimen ali-  
quod eruditionis in lucem mittere, priusquam illi

A ipse



ipsi dignitas doctoralis confertur. Haud raro vero  
occurrunt angustiae, ut candidatus inter spem me-  
tumque haereat, quam sibi tractandam proponat  
eligatque materiam. Cumulus innumerabilis dis-  
sertationum jam jam conscriptus adest, adeo ut  
reuera grauissimum semper opus esset, noui quid  
in medium proferre, cum diuini fere ingenii esset,  
omnia nota perspectaque habere, quae in hisce  
scriptis disquisitioni iam subjecta fuere.

Interea credo persuasumque mihi habeo,  
viam adhuc patere, qua si ingredieretur,  
breuius ac melius fini conscribendarum dis-  
sertationum responderetur. Artis peritus siue  
vir quod die percurrens vastum jurisprudentiae  
campum, non potest non quin aduertat infig-  
nem materiarum numerum, quas accuratius per-  
feritare omnino e re haud esset.

Qui

ad. p. 100.

\* \* \*  
\* o \*

Qui ergo gratissimum facturus esset candidatis, summos in jure consequi cupientibus honores, sin ex toto scientiarum juridicarum ambitu, themata, quae magni sunt momenti, erueret, publiceque loco idoneo ad communem omnium notitiam et cognitionem illa divulgaret. Per se jam patet haec talia fore, qualia disquisitione adhuc digna putaret.

Quo ex instituto non solum prodirent boni farris ac fufuris innumerac dissertationes, magno auctoribus honori cedentes, sed etiam hoc scriptiuncularum genus crambe vt vulgo huc vsque repetita careret. IOANNEM LVDOVICVM KLÜBERVM Iuris Doctorem et Antecessorem, in Academia quae Erlangae floret, virum conspicuum ingenii sui acumine et juris notitia longe lateque se diffundente, opinor arbitrorque virum, qui optime huic satisfacere posset voto. Qui in lucem prodiri curet *Bibliotheca* A 2 *blis.*



*bibliothecam juridicam* \*) notum est, hanceque scriptis  
academicis potissimum dicavit.

Quam maxime idoneus mihi videtur  
esse tibi locus proponendi themata materiarum,  
non solum jus civile et canonicum, sed etiam  
jus publicum, feudale et germanicum, nec non  
totius juris historiam spectantium.

Multorum itaque nomine rogatus sis, Vir prae-  
stantissime, huic respondendi voto si Tibi placeret.  
Adjicias velim cuique parti Bibliothecae seriem ejus-  
modi thematum, quae simul cum illa in plurimum  
manus ventura sint, certo certius contigerit. Ipse  
ego rem multum mecum reputando, in angustiis  
ver-

\*) Kleine juristische Bibliothek oder ausführliche  
Nachrichten von neuen kleinen juristischen, vor-  
nehmlich akademischen Schriften, mit unparthei-  
scher Prüfung derselben. Erlangen 4 Bände. gr. 8.

1775. 1. 10. 11. 12.

\* \* \*

versatus sum, qualem eligerem materiam ad con-  
scribendam dissertationem meam inauguralem.  
Tandem accidit praeventive, casum juridicum ob-  
venientem in horis practicis Cl. Pütteri, praece-  
ptoris longe venerandi, brevibus illustrare ac  
dijudicare. Utinam! hic labor ex voto eveniret,  
quia tunc fini satisfactam erit.

§. II.

*Casus juridicus  
ad tractandum propositus.*

Ne dubia ob casum, quem dijudicandi animus  
est, obueniant, e re omnino non puto, omnia  
illius verba hic scriptis tradere. Verba sic so-  
nant:

In einem am 16ten August 1775. vor  
einem Notarien und sieben Zeugen errichteten

A 3 eigen-

eigenhändig geschriebenen und unterschriebenen, auch gehörig besiegelten Testamente hat Titius an zwölf benannte Personen Vermächtnisse hinterlassen, und darauf am Schlusse dieses Testaments hinzugefügt: Reservire mir endlich auch, daß, wenn ich dieser meiner Disposition amnoch einen oder mehrere Zettel oder Codicille beylege, u. darinn noch eines oder das andere verordnen würde, solche von eben der Kraft und Wirkung seyn sollen, als ob derselben Inhalt von Wort zu Wort in dieser meiner Disposition enthalten wäre. Worauf dieses Testament an fünf verschiedenen Stellen versiegelt, und mit der Aufschrift: Disposition und letzte Willensverordnung von mir Titius, versehen wird. Seitdem hat besagter Titius am 20. Oct. 1777 in einem eigenhändig unterschriebenen und besiegelten Auf-

sage

\* \* \*

fage sein Testament in Ansehung eines seiner  
 Söhne abgeändert, und diesen Auffas versie-  
 gelt unter der Aufschrift: **Beylagesctrei zu**  
**meiner testamentarischen Disposition. Ti-**  
**tius,** jenem Testamente bengelegt. Es sind  
 auch diese beiden Dispositionen bald nach des  
 Titius Absterben in Gegenwart der anwesenden  
 Erben und des ernaunten executoris testamenti  
 vor Notarien und Zeugen eröffnet worden.  
 Als man aber nachher die Brieffastten des  
 Verstorbenen durchgegangen; hat sich in dessen  
 gewöhnlichem Schreibrisse noch ein von ihm  
 eigenthändig geschriebener, auch unterschriebener  
 und besigelter Auffas offenvorgesunden, wor-  
 in einem andern seiner Söhne noch mehr Vor-  
 theile, als im Testamente, zugestanden, ei-  
 nem der zwölf legatarien aber sein Vermäch-  
 niß entzogen, einigen anderen Personen hinge-  
 gen dergleichen zugeleget worden. In dem

A 4 Ein

TOE

Einige dieses Auftrages beziehe sich Titus  
auf den in seinem Testamente enthaltenen Vor-  
behalt, durch Beylegung eines oder mehre-  
rer Zettel oder Cobicille ein und anderes näher  
zu verordnen, wie auch das schon in einem beson-  
deren verschlossenen Zettel vom 20. Dec. 1777.  
vergleichen geschehen sey. Am Schlusse aber  
heißt es: Zu dessen allen Urkund habe ich  
gegenwärtiges eigenhändig ge- und unter-  
schrieben, auch mit meinem Insteigel be-  
drucken lassen, auch unterschriebene beiz-  
uge Herren Zeugen um ihre Mitunterschrift  
und Bestiegelung eigends ersucht. Hier  
ist weder die gewöhnliche Bemerkung des Or-  
tes, Jahres und Tages, noch die im Conterte  
angezeigte Unterschrift der beiden Zeugen hin-  
zugekommen.

SECT.





SECTIO SECUNDA

MATERIA DE CODICILLIS

QUIBUS LEX QUAEDAM PRAESCRIPTA

ENUCLEATUR AC DIJUDICATUR

§. III.

*Testamentum*

*continens*

*codicillorum confirmationem*

*validitate non caret.*

In apico erit cuique legenti verba scripti supra literis traditi, nil aduersari validitati testamenti in quo clausulae codicillaris nec non codicillorum confirmationis mentio facta est. Omnia cum essentialia tum formalia, quae ex legibus requiruntur, adsunt, ideoque dubia quae forsitan obuenerent, in

totum evanescent. In his vero brevitatis fines ex-  
cederem, si pluribus commemorare vellem, quae  
jure meritoque hic reuera observata sunt, cum re-  
ipsa per se jam dilucida est.

§. IV.

*In condendis codicillis*

*testator sibi legem dicere  
potest.*

Vocari omnino non potest in dubium, quin  
testator codicillos condens legem sibi imponere pos-  
sit, quam observare secum constituit. Interea vo-  
luntas illius legibus contraria esse non oportet; quae  
vero reuera contingeret, sicut e.g. heredem in codi-  
cillis suis instituire velle, quod legibus expresse  
prohibitum; quaeque legis dispositio omnibus nota  
et cogitata est.

Quam

Quam plurimi reprehenduntur juris textus, et in titulo de jure codicillorum et in titulo de legatis et fideicommissis, quibus sententia de testatore legem sibi dicente in testamento de condendis codicillis confirmatur.

Quod quae respiciunt loca illorumque verba afferre, e re esset, maxime cum infra ansa et occasio se praebuerit in medium illa proferendi. Nunc potissimum quaestio haud minimi momenti antea dijudicanda erit, de qua decisio casus juridici supra memorati prorsus dependere mihi videtur.

§. V. A.

*Num testator*

*qui legem sibi in testamento*

*in condendis codicillis dixerit, ab illa recedere possit?*

Superuacaneum quidem esse videtur primo in-  
muni, dubitationem adhuc mouere de libertate im-

A 5

mutan-

mutandae legis, quam sibi testator in condendis codicillis expresse praescripserit. Leges enim, praesertim lex 22, D. de legatis et fideicommissis III, in casu de quo nunc quaestio est, utitur expressis verbis: *supremam voluntatem potiore haberi*, et similia verba etiam continet Lex 6, §. 2: D. de iure Codicillorum, quae nempe haec sunt: *Nam ea quae postea geruntur, prioribus derogent*; ergo libertas testatori non denegatur, voluntatem, de condendis codicillis declaratam, derogationi subjiciendi.

Hujus assertionis porro etiam testes sunt alii juris textus. Audimus enim veterem Iureconsultum *Scaenolam*, tali modo verba facientem, quali loqui deberet, si illius testimonium pro tuenda nostra sententia valeret.

Quaero, dicit in Lege 89, pr. D. de legatis et fideicommissis II, *cum testamen-*

io significaverit (testator), si quid obfirmatum receperit, id vice codicillorum valeret, epistola autem non sit obfirmata, an quae epistola continentur, ad filium pertineant? Respondi, si fides epistolae relictæ constaret, deberi quae in eam dare se velle significavit. Cui enunciato Scævola, respondet quoque illud Marciani Iureconsulti, in Lege 6 §. 2 D. de jure Codicillorum, cujus verba haec sunt: *Licet in confirmatione codicillorum paterfamilias adjecerit: ut non alias valere velit quam sua manu signatos et subscriptos: tamen valent facti ab eo codicilli, licet neque ab eo signati neque manu ejus scripti fuerint.*

Quae omnia sufficienter probent, testatorem gaudere facultate, derogandi legi, quam sibi in scribendis codicillis expressis verbis dixerit, neminem latebit fugietque. At vero tamen per hasce legis dispositiones, tam

accura-

accuratas quam dilucidas, non omnia dubia reme-  
uentur, quae adhuc se offerre possunt.

## §. VI.

*Num legis derogatio  
a testatore tacite fieri*

*possit?*

Recedere testator potest a lege quam sibi dixit  
in condendis codicillis vel *expresse* vel *tacite*, siue  
ut aliis utar verbis: testator, qui, vel in testamento  
quo continetur clausula codicillaris et codicillorum  
confirmatio, vel in ipsis codicillis, sibi certam prae-  
scripsit legem, potest expressis verbis dicere, ani-  
mum sibi esse, haud sequendi normam antea me-  
moratam; aut tacite immutare illam potest, remil-  
sis rationibus, cur normam respicere nolit. Qua  
n re nonnulli dissentiant, facile expectari potest.  
Secundum jam allatas leges, et quidem L. 6. §. 2.

D. de

\* o \*

D. de iure codicillorum 7 et L. 89. pr. D. de legatis  
 et fideicommissis II., apparere videtur, tacitam legis  
 praescriptae immutationem, haud interdictam fuisse,  
 nec attendi debere normam. Libenter concedo.  
 illam opinionem per hos juris textus refelli non  
 posse, sed multo magis ex illis liquere, necessario  
 non requiri expressam normam cui derogatur men-  
 tionem, quia verba legum nihilominus sanciunt  
 validitatem eorum quae postea gesta sunt, quomo-  
 docunque etiam gerantur.

In dubio ergo reuera huic sententiae subscri-  
 bendum esset, contendendo, necessitatis omnino  
 non esse, fortasse vero utilitatis, brevibus afferendi  
 prioris voluntatis sibi poenituisse.

Interea suppletur defectus legis dispositionum  
 hac in re, quarum supra mentio facta est, per ex-  
 pressa verba hunc defectum spectantia, quae lege-  
 lem



lem normam praebant in decidenda quaestione:  
num testator legem quam sibi dixit in condendis  
codicillis aut expresse aut tacite tollere debeat?

Prius omnino fieri debet, secundum enuncia-  
tum *Hermogeniani* Iureconfulti in L. 22. pr. D. de  
*legatis et fideicommissis* III., cujus verba casum in  
terminis continent et sic sonant:

*Si quis principio testamenti adscripserit, cui  
bis legavero, semel deberi volo, postea eodem  
testamento vel codicillo, sciens saepe eodem  
legaverit, suprema voluntas potior habetur.  
Nemo enim eam sibi potest legem dicere, ut a  
priori ei recedere non liceat. Sed hoc ita lo-  
cum habebit, si specialiter dixerit, prioris  
voluntatis sibi poenituisse, et voluisse ut lega-  
tarius plura legata accipiat.*

Interea sunt qui contendunt, haec verba, con-  
cernentia specialem faciendam mentionem déroga-  
tio-



\* 0 \*

tionis, *Triboniani* esse videri, non *Hermogeniani* Iurisconfulti. Nam exigit ante scientiam post specialem derogationem.

Sic etiam alii Iureconfulti exstant, inter quorum numerum imprimis referri meretur celeberrimus *Barolus*, negantes, testatorum tollere non posse vim legis. Priorum vero assertionem haud curare plurimis certe placebit, et posteriorum argumenta tam insigni vi non gaudeant, ut illorum ratio adhuc habenda esset.

§. VII.

*Testator, legem quam sibi dixit in condendis codicillis, cum semel in priori codicillo illam sequutus sit, etiam in posterioribus sequi tenetur.*

Dispositio legis, quae in paragrafo anteriori a nobis allata est, omnem dubitationem se-

E for.



forfan exferentem, e medio tollat, necessario contingere debet. Quod vero adhuc accedit, testatorem, se subtrahentem obligationi observandi legem, in condendis codicillis, quam sibi dixit in testamento, applicando eandem in primo codicillo, teneri etiam, in omnibus sequentibus codicillis ab illa haud recedere.

Qui enim semel voluntatem suam et animum hoc modo firmum declaravit, eundem in posterum quoque eodem modo tueri in una eademque re obligatus dici potest. Praesumptio ad minimum adest certissima, illum voluisse sequi normam propositam praescriptamque, et semel jam ab illo adhibitam.

Quod vero si factum non esset, omni jure contendendi potest, illius voluntatem nondum firmam redditam fuisse, et dispositionem, in qua haec norma neglecta est, omni vi carere.

Vis interea dispositioni haud daeslet, e contra-  
rio persuasos nobis habemus, si testator secundum  
allatam L. 22 pr. D. de Legatis et fideicommissis  
III. expresse declarasset: *prioris voluntatis sibi poe-  
nituisse.*

Constaret enim tunc aperte de sua voluntate,  
et de proposito praetereundi normam, secundum  
quam jam ante etiam testator dispositionem tulerat  
atque redigerat. Sed haec sufficiant pro instituti  
nostri ratione.

### §. VIII.

#### *Conclusio*

In votis nobis fuit ardentissimis, in consilium  
de hac materia adhibendi, gregem scriptorum, in  
jure et praesertim in disserenda doctrina de codicil-  
lis abundante scriptiunculis, excellentium. Laeti-  
tiam vero nobis denegata fuit, fontes apertos reperiendi,

ex quibus quaedam ad rem spectantia haurienda essent, fortasse interea exstant scripta quae hoc objectum longe lateque tractant, sed in manus nostras non inciderunt. Quod lectores nobis ignoscere vellemus, maxime cum anni non sufficerent ad evolvendos omnes libros, nobisque tantum spatium patrum mensium ad elaborandam nostram scriptunculam permissum fuit.

SECTIO

SECTIO TERTIA  
APPLICATIO  
ARGVMENTORVM PROPOSITORVM  
IN CASVM QVAESTIONIS.

---

§. IX.

*Testator in casu proposito  
expressam sibi dixit legem  
in condendis codicillis.*

Occurrunt expressa reservationis verba in clausula codicillari et confirmatione codicillorum, quae scripto supra allato inserta est, dicente testatore:

weun ich dieser meiner Disposition annoch einen oder mehrere Zettel oder Codicille beylege u. s. w.

Quae vox adjectionis magnam vim hic habet, quia sola epistola scripta, testamento vero non adjecta, valore careret.

Ex supra enim scriptis verbis jam satis dilucide  
apparet, testatorem voluisse, vt illa dispositio codi-  
cillaris tantum rata et probata sit, quae testamento  
adjecta esset.

Quare enim aliter vsus fuisset voce: *heile-  
gen*, nisi ea quae non adiecisset testamento, inva-  
lida esse voluisset?

§. X.

*Ipsè testator*

*legi, quam sibi dixit,*

*satisfecit,*

*in priori codicillo.*

Vox adjectionis jam jam, ut antea observatum  
fuit, injungit obligationem, cui respondendi, forsitan  
testatori curae cordique fuerit. Veruntamen omnem  
probabilitatem non excederet, si quis putaret illum  
noluisset

1802. b.

\* \* \*

noluisse per hoc additum verbum, stricto quasi ligari ac adstringi vinculo; maxime cum sufficeret voluntatem testatoris tantum ex scripto codicillo intelligere, cujus fides alia ratione jam jam constaret.

Sed hanc probabilitatem speciem tantum prae se ferentem, superat exstans atque dilucide apparens certitudo, testatorem in animo habuisse illos codicillos solos ratos putandi, qui ejus testamento adjecti fuissent.

Priorem enim codicillum, conditum d. 20. Octobris, Anni 1777, superscripsit testator sequentibus verbis:

*Beilagezettel zu meiner testamentarischen Disposition.*

et illum etiam addidit testamento suo. Quid ergo aliud ex hoc actu concludi potest, quam illius animus stricte satisfaciendi legi, quam sibi antea expressis verbis dixit.

B 4 At

At exitus tamen probavit contrarium.

§. XI.

*Testator*

*in codicillo posteriori,*

*legi quam sibi imposuit,*

*in totum non respondit.*

Temporis successu contigit, ut testator alium adhuc codicillum conderet, quem manu propria scripsit, subscripsit, et subsignavit, testamento vero illum haud addidit.

Quisque forsan primo jam intuitu directe pronociaret, hoc scriptum validitate carere, ob non factam adjectionem ad testamentum, ad quod prius tamen, huic simile scriptum, additum fuit. Sed alia adhuc adsunt argumenta quibus illius validitas diminuitur.

Ipse



Ipse testator introitu hujus scripti provocavit  
rursus expressis verbis reservationem  
de validitate illarum epistolarum aut codicillorum,  
quos testamento suo additurus fuisset, ipsamque  
jam ab eo factam adjectionem prioris codi-  
cilli.

Quae cum ita sint, quis putaret scriptum va-  
lidum, cujus respectu adjectio neglecta esset?  
Quis putaret illud perfectum, maxime cum adhuc  
etiam in eo testium subscriptio et subsignatio deside-  
rentur, quorum bona officia requisivisse, ipse testator  
expressis quoque dixit verbis?

Per se itaque iam patet apparetque, omni va-  
lore destitui posterius a testatore exaratum scri-  
ptum, et rejici oportere tanquam nullum, cuius  
ratio non habenda sit.

Sed leges antea allatae et enucleatae adhuc appli-  
candae sunt ad hunc casum, ne legali sanctione  
carere dicatur.

§. XII.



*Applicatio  
juris textuum  
supra commemoratorum  
in casum quaestionis.*

Haud invalidum quidem pronuntiarem revera codicillum, de quo hic quaestio nunc agitur, secundum L. 6. §. 2. D. *de iure codicillorum*, cuius verba haec sunt:

*Licet in confirmatione codicillorum patrum familias adiecerit: ut non alias valere velit quam sua manu signatos et subscriptos; tamen valent facti ab eo codicilli, licet neque ab eo signati, neque manu eius scripti fuerint: nam ea quae postea geruntur prioribus derogant.*

Ibi enim necessario a testatore non requiritur satisfactio legis, quam sibi in condendis codicillis imposuit.

Quod hic occurrit respectu omiffae signationis et subscriptionis, quas observare testator sibi praescripsit,

scripsit, etiam omni iure valere dici potest de praescripta quidem, sed nihilominus praeterita additione codicilli ad testamentum.

Simili etiam modo res se habet, secundum Leg. 89. pr. D. de legatis et fideicommissis III., cuius verba hic sonant:

*Testamento filiam et uxorem suam heredes instituit: postea epistolam scripsisse dicitur, qua et quidquid in peculio habuit filius, ei donavit, et adjecit, praecipua sui iuris et post mortem suam habere velle; quaero cum testamento significaverit, si quid obsignatum recepisset, id vice codicillorum valeret, epistola autem non sit obsignata: an quae epistola continentur, ad filium pertineant? Respondi, si fides epistolae relictæ constaret, deberi quae in eam dare se velle significavit.*

Re ipsa consentit haec lex cum lege priori. Intera secundum hanc legem decisio tam directe

non



non facienda est, quam secundum legem anteriorem.

Applicando hanc legem ad casum nostrum propositum, verba eius: si fides epistolae relictae constaret, dubitationem aliquam relinquunt. Codicilli enim nostri fides omnino non profus constare videtur, cum ob non factam adiectionem illius ad testamentum, tum potissimum ob commemoratam quidem, sed deficientem tamen testium subscriptionem et obfignationem. Quod reliquum est, Leg. 22. pr. D. de legatis et fideicommissis III., ratio adhuc habenda est. Prima in illius principio allata verba, etiam faciunt nostri codicilli validitatem, et quidem tali modo:

*Si quis in principio testamenti adscripserit eui bis legavero semel deberi volo, postea eodem testamento vel codicillis sciens saepe eidem legaverit, suprema voluntas potior habetur. Nemo enim eam sibi potest dicere legem, ut a priora ei recedere non liceat.*

Attamen

ad h. d. Nov. c.

\* 0 \*

Attamen legis ultima verba codicillum in totum invalidum reddunt. Adduntur nempe ad priorem legis dispositionem adhuc sequentia haud minimi momenti verba:

*Sed hoc ita locum habebit, si specialiter dixerit: prioris voluntatis sibi poenituisse, et voluisse ut legatarius plura legata accipiat.*


Quae si respexeris verba, benevole lector, ex toto pectore sane subscripseris sententiae nostrae: codicillum, de quo hic quaestio movetur, omnino ratere validitate. Suppleant enim haec verba defectum priorum legum a nobis in medio propositarum, secundum quas expressa derogatio prioris voluntatis non necessaria esset. Persuasum interea nobis habemus, ut omnis valor codicillo nostro redditus esset, si testator illi verba: prioris voluntatis, nempe adjiciendi codicilli testamento suo, sibi poenituisse, tantum in se uisset. Quo casu minimi momenti putarem crederemque omissam subscriptionem et  
sub-



subsignationem testium, eum de his nil in declarata reservatione occurrat, ipsaeque leges ejusmodi omissionem probant, approbantque. Haec ergo et alia dubia, quae forsitan adhuc se exferent, facile refellenda sunt.

1000. 1000.





OB  
KETH  
H  
PR  
ACA  
LV  
JO  
CHR  
IO  
TY





Göttingen, Diss., 1790-91

ULB Halle

004 826 981


3



f

TA → OL  
neu 17hick v





1790,5  
5

DISSERTATIO  
IN AVGVRALIS, IVRIDICA  
DE  
CODICILLIS  
QVIBVS LEX QVAEDAM  
PRAESCRIPTA EST

P. 213.  
quam  
*illustriſſis Jureconſultorum ordinis*  
auctoritate  
*pro ſummis in utroque Jure honoribus*  
*rite conſequendis*

D. XXV. MARTII. MDCCLXC.  
publico eruditorum examini  
ſubmittit  
FRANCISCUS EMANUEL RÜCKER  
Hamburgenſis.

GOETTINGAE  
Typis Typogr. Ephemerid.

